



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Materia Lectionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

Ex libello de imitatione Christi legi potest medium  
put 12. lib. 2.

Ex libro Ascetico vel Historico aliquot capita vel folia.

Ex libello Exercitiorum verò legi possunt Regulae priorum de discretione Spirituum, quas proin, sicut priores etiam in compendium breviter redactas huc ponam.

### Regula I.

Proprium DEI, & Angeli boni est, veram lætitiã naturalem infundere; nam Diabolus hanc lætitiã potest artificiali phifticis argumentis veri speciem præferentibus oppugnare, & expellere solet. Per quam regulam pulchrè distinguitur veram & fictam consolationem, dum scilicet vera consolatio semper solida & secunda media assumit, ficta vero fallacijs & fraudibus tantum divinarum prætextu velimitur.

### Regula II.

Solius DEI est animam nulla præcedente causa (ideò nullo vel sensibus, vel potentijs internis objecto) propolari, & in amorem suum trahere. Ex qua regula animæ mentes præsens hauriunt remedium, quo admonentur, ut nimium suis viribus incumbant, atque in interioribus disponendis nimium se fatigent, sed potius per bonam dilectionem Spiritum contritum & humilem conatum se disponere ad divinas consolationes studeant.

### Regula III.

Quoties consolationis causa præcessit, tunc, cum Angeli tam malus, quàm bonus illius causa esse possit, ex facili cognoscendum est, à quo proveniat talis consolatio; nam si bonus bonam, malus malam operationem intendit. Cuiusquam tamen regulam notandum est, non esse hic sermone de interna intentione Angelica (hac enim cognoscere ab homine non potest) sed de ipsa executione externa infirmitatem, nam hujus executionis indicia prudenti conjectura assequi posse, sat clarè S. Paulus 2. Cor. 2. indicavit, ubi dixit: *Non ignoramus cogitationes ejus*, id est, fraudes & machinationes.